



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholic[a]e, Nouatoribus contraria, in
S[a]eculo IX. Exempli gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

FORTVNATVS Grandensis Patri-
archa sub annum 812. item EGINHAR-
DVS similiter, qui corpora S. Marcel-
lini & Petri transfudit Coloniã anno
826.

**Dogmata Ecclesiæ Roma-
no-Catholice, Nouatoribus
contraria, in Sæculo IX.
Exempli gratia.**

I. *Missam & Ceremonias eius, iuxta Ri-
tum Romanum conseruatas*, conseruit *Ama-
larius* li. de Diuinis Officijs. *Angelomus*.
Rabanus de Instit. Cleric. *Hincmarus* in
Capitulis. *Strabo* Fortunatus.

II. *Veritatem Corporis & Sanguinis
Christi in Eucharistia, & Transubstantiatio-
nem* asserit *Rabanus* lib. de Sacramento
Eucharistiæ. *Haimo* in 1. Tim. 2.

III. *Baptismum, & eius Ceremonias* do-
cet *Hincmarus* ad *Hincmarum* Laudu-
nensem. *Haimo* super Ascensionem Do-
mini. *Rabanus* epistola ad *Reghinal-
dum*.

IV. *Confirmationem, Chrisma, & alia
Sacramenta* docet *Rabanus* de Instit. Clericorum. *Haimo* super Pf. 26. *S. Nico-
laus* 1. Papa in epistola.

V. *Sanctorum inuocationem, Reliquias,
Imagines, Festiuitates* docet *Haimo* homil.
de Virginibus. *Rabanus* lib. 4. cap. 10. de
fermonum proprietate. *Strabus* passim
ac sæpe.

VI. *Iustificationem, Liberum arbitrium,
& Opera bona* docet *Haimo* in c. 1. Malac.
Et 1. in Iaiam. In Hebr. 4. in Pf. 26. &
135. *Rabanus* in epist. ad *Humbertum*.

Angelomus in 3. Reg. 3. *Strabus* sæpe in
Glossa Ord.

VII. *Pœnitentiam & Confessionem Sa-
cramentalem* docet *Rabanus* in Ecclesiast.
lib. 8. Et in Instit. Cleric. ca. 14. 16. 10.
Et lib. de modo Pœnitentiæ.

VIII. *Primum Petri, & Rom. Ponti-
ficis* docet *Hincmarus* ad *Hincmarum*
Laudunensem. *Photius* Græcus schi-
maticus in Noniocanone.

IX. *Suffragia pro defunctis & Purgato-
rio* docet *Haimo* in 1. Cor. 3. 4. 5. *Rabanus*
lib. 8. in Ecclesiast. 14. *Photius* in Biblio-
theca.

**Hæresiarche in Sæculo IX.
disoni Papis.**

GLAUDIUS Taurinensis Episcopus
Felici hæretici, in Conc. Francor-
diano damnati, discipulus, negabat esse
venerandam Crucem Domini, sepulcra, Re-
liquias Sanctorum; vtil. m. esse peregrinatio-
nem ad limina Apostolorum.

Ita anno 825. Refuratur à *Iona* Aue-
relian. episc. Damnatur ab *Eugenio* II.

MICHAEL BALBUS Imperator an-
no 820. factus, permisit restitui imagi-
nes; & tamen fuit Iconomachus con-
tra Orthodoxos.

An. 826. Sanctimonialem *Virginem*
ducit vxorem.

Impius negabat Resurrectionem mortu-
rum, Sabbatiffabat, Prophetas irridebat, Ne-
gabat esse demones, Scortationem esse peccatum,
Iudæ proditorẽ inter beatos numerabat.
Pascha celebrari alieno tempore aiebat. Beatus
scribi, dicine SANCTOS vetabas et huius-
item literaturam ac scholas prohibuit.